



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Conscientia

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

*secunda. nulli tamen, Sacerdote inferiori ibid.
& Couar. l. c. nu. 13. contra quosdam.*

Papa nondum consecratus in Episcopum
posset secum dispensare ad confirmandum,
Suar. l. c.

Episcopus vinculo etiam excommunicati-
onis ob hæresim vinctus validè potest con-
firmare. *Suar. l. c. sect. 1. etiam si sit degradatus.
ex Flor. & Trid.*

Suscepturus hoc sacramentum habeat pri-
mam gratiam, (Institutum enim est ad eam
augendam) quam si non habet, tenetur con-
teri, vel cum attritione confiteri. *Sua. distin.
34. 5. 2.*

Unus tantum debet esse patrinus, si tamen
plures adhibeantur, omnes contrahunt. *Sua. l.
5. q. 72. comm. art. 10. ex c. Quamvis de cognat. spirit.
l. 6. Sylu. c. nu. 4. Tol tamen l. 2. c. 24. num. 11. duos
patrinos, ut in baptismo, esse posse, dicit. Vide supra.
Vers. Baptismus. nume. 15.*

Coniux, vide Matrimonium.

Conscientia, vide Dubium.

Consecratio, vide Benedictio, Calix.

1 **E**cclēsia quolibet die potest consecrari.

Vide de consecr. Eccl. c. 2.

2 Ecclesia consecranda ab Episcopo proprio,
vel ab alio de illius licentia.

* *D consecr. d. 1. Vide Syl. consecratio. 2. num. 2.*

3 In Ecclesiæ consecratione oportet Missam

E 7 cele-